# TABVLA

## CAPITVLI GENERALIS SALMANTICENSIS

Ordinis Fratrum Minorum S. FRANCISCI
de Obſeruantia.



ROMÆ,
Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ.
M. DC. XVIII.

*Superiorum authoritate.*

# IN DEI NOMINE, AMEN.

Hæc eſt Tabula celeberrimi huius Capituli Generalis in hoc Conuentu Seraphici Patris Noſtri S. FRANCISCI Salmanticenſis, almæ Prouinciæ S. Iacobi, celebrati die ij. Iunij anni 1618. Præſidente in eo Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D. D. Antonio Caetano Archiepiſcopo Capuenſi, in Regnis Hiſpaniæ S. D. N. Pauli Papæ V. Nuntio Apoſtolico, & ſpecialiter delegato.

In primis ſexennio à præterito Generali Capitulo expleto, in quo Reuerendiſs. P. Fr. Ioannes à Ferro, per annum cum dimidio Miniſterium Generalatus habuit, & per eius mortem ſecundum noſtra ſtatuta Reuerendiſs. Pater noſter Fr. Antonius à Trejo in Vicarium Generalem electus, ſuoq; curſu laudabiliter conſummato, & ad Eccleſiam Carthaginenſem electus, N. Reuerendiſs. Pater Fr. Benignus a Genua Prouinciæ Siciliæ Pater, Ordinisq; Secretarius, & Generalis Diffinitor, ſuffragijs Religionis in Generalem Miniſtrum totius Ordinis coaptatus eſt.

## *Commiſſarius verò Generalis Ciſmontanæ familiæ.*

Reuerendiſs. P. Fr. Ioannes Venido Prouinciæ Immaculatæ Conceptionis Pater, & in Regali Curia Indiarum Generalis Cõmiſſarius.

## *Patres Ordinis, & Diffinitores perpetui pro vtraque familia.*

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. P. N. F. Antonius a Trejo Prouinciæ S. Iacobi, & ad Carthaginenſem Eccleſiam electus.

## *Diffinitores perpetui, & Patres pro Vltramontana Familia.*

R. P. F. Euangeliſta a Gabiano Commiſs. Generalis præteritus.

## *Procurator Ordinis in Curia Romana.*

A. R. P. F. Bernardinus a Moncaluo Prouinciæ S. Didaci Mr.

Com-

## *Commiſſarius Ordinis in Romana Curia.*

A. R. P. F. Iuanetin Niño Prouinciæ S. Iacobi Mr. & Ordinis Generalis Secretatius.

## *Diffinitores Vltramontanæ Familiæ.*

A. R. P. F. Gregorius Perrocha Prouinciæ S. Antonij Cuſtos.
A. R. P. F. Gregorius de Raſina Prouinciæ Thuſciæ Miniſter.
A. R. P. F. Ioannes Baptiſta de Monte Coruino Prouinciæ Principatus Miniſter.
A. R. P. F. Bonauentura a Brunduſio, Prouinciæ S. Nicolai Miniſter.
A. R. P. F. Benedictus Cinquanta, Prouinciæ Mediolanen̄ Miniſter.
A. R. P. F. Io. Andreas de Semitecolis, Prouinciæ Candiæ Commiſs.

## *Diffinitores Ciſmontanæ familiæ.*

A. R. P. F. Bonauentura de Monroy Prouinciæ S. Iacobi Pater, & ſacri huius Conuentus Salmanticenſis, Guardianus.
A. R. P. F. Didacus a Barraſa, Prouinciæ Caſtellæ Pater, & Cuſtos.
A. R. P. F. Henricus Sedulius, Prouinciæ Germaniæ inferioris, Miniſt.
A. R. P. F. Franciſcus le Roy, Prouinciæ Franciæ Cuſtos.
A. R. P. F. Ioannes Clerici, Prouinciæ Turoniæ Pictauienſis Miniſter.
A. R. P. F. Ioſephus Bergaigne, Prouinciæ Coloniæ Miniſter.

## *Procurator Reformatorum in Curia Romana.*

R. P. F. Angelus a Carpineto, Prouinciæ Romanæ Cuſtos.

## *Guardianus, & Commiſſarius Terræ Sanctæ.*

R. P. F. Franciſcus Dulcedo, Prouinciæ Ianuæ Pater.

## *Guardianus S. Claræ Neapolis.*

R. P. F. Ioſephus a Nouaria, Prouinciæ Mediolanenſis Pater.

## *Guardianus Conſtantinopolitanus.*

R. P. F. Ioſephus de Venetijs, Prouinciæ ſancti Antonij.

# STVDIA GENERALIA Peruſij.

## *In Prouincia S. P. N. Franciſci.*

*In Conuentu noſtro ſancti Franciſci de Monte.*

P. Fr. Leonorus a Canteano.
P. Fr. Ioannes de Roma.
P. Fr. Ioannes Torrellus.
P. Fr. Conſtantinus Maluetanus, Lector Canonum.

## *In Prouincia Romana.*

*In Conuentu Aracœli.*

P. Fr. Angelus a Monelia.
P. Fr. Celſus Aſculanus.
P. Fr. Antonius de Antrodoco.
P. Fr. Vincentius a Baſchio Lector Canonum.

## *In Prouincia Marchiæ.*

*In Conuentu Fani.*

P. Fr. Bonauentura a Maſſiniano.
P. Fr. Franciſcus ab Vrbino.

## *In Prouincia Thuſciæ.*

*In Conuentu omnium Sanctorum Florentiæ.*

P. Fr. Franciſcus Volateranus.
P. Fr. Angelus Maria de Maſſa.
P. Fr. Gregorius Florentinus.

## *In eadem Prouincia.*

*In Conuentu S. Franciſci Lucca.*

P. Fr. Ioannes a Lucca.
P. Fr. Baſilius a Petraſancta.
P. Fr. Petrus Ioannes Luccenſis.

# *In Prouincia Bononiæ.*

*In Conuentu Annuntiatæ Bononiæ.*

P. Fr. Ambroſius a Bononia.
P. Fr. Simplicius a Bononia.
P. Fr. Dominicus a Galeſio.

# *In eadem Prouincia.*

*In Conuentu S. Mariæ de Campanea Placentiæ.*

P. Fr. . Medula.
P. Fr. Vincentius a Celleno.
P. Fr. Paulus a Trecate.

# *In Prouincia Diui Antonij.*

*In Conuentu ſancti Franciſci de Vinea Venetiarum.*

P. Fr. Michael Angelus de Venetijs.
P. Fr. Franciſcus a Gubernulo Mantuanus.
P. Fr. Deodatus de Venetijs Lector Canonum.

# *In eadem Prouincia.*

*In Conuentu ſancti Franciſci Mantuæ.*

P. Fr. Manſuetus a Volta Mantuanus.
P. Fr. Ignatius Tridapalus Mantuanus.
P. Fr. Hippolytus de Mantua Lector Canonum.

# *In Prouincia Genuæ.*

*In Conuentu Annuntiatæ Genuæ.*

A. R. P. Fr. Franciſcus Maria a Claſtigio.
P. Fr. Damianus a Clauaro.
P. Fr. Vitalis a Caſtro Arcuato.

# *In Prouincia Mediolanenſi.*

*In Conuentu ſancti Angeli.*

P. Fr. Bonauentura a Regnano.
P. Fr. Euangeliſta a Momigno.
P. Fr. Hieronymus a Mutello.

P. Fr. Æmilius ab Intro, Lector Canonum.

## In eadem Prouincia.

*In Conuentu ſancti Franciſci Lauda.*

P. Fr. Hieronymus a Lauda.

P. Fr. Calixtus de Herbuſco.

## In Prouincia Principatus.

*In Conuentu ſancti Didaci Neapolis.*

P. Fr. Ioannes Baptiſta de Campanea.

P. Fr. Ioannes Baptiſta de Monte Sano.

P. Fr. Leo de Caſtro Maris, Lector Canonum.

## In Prouincia Septem Martyrum.

*In Conuentu ſancti Antonij Picij.*

P. Fr. Antonius de Montorio.

P. Fr. Clemens Maſſuccius.

## In Prouincia Siciliæ.

*In Conuentu S. Mariæ Angelorum Panormi.*

P. Fr. Bonauentura a Ferula.

P. Fr. Bonauentura de Trapano.

## In eadem Prouincia.

*In Conuentu S. Mariæ Ieſus Meſſanæ.*

P. Fr. Ioſeph de Camerata.

P. Fr. Bonauentura de Monte Leone.

## In Prouincia ſancti Nicolai.

*In Conuentu S. Andreæ Baruli.*

P. Fr. Bonauentura a Licio.

P. Fr. Bonauentura de Aquauiua.

P. Fr. Ioannes Baptiſta a Liberano, Lector Canonum.

In

## *In Prouincia ſancti Bernardini.*

*In Conuentu Aquilæ.*

P. Fr. Ludouicus a Maſſa.
P. Fr. Antonius a Neapoli.
P. Fr. Angelus a Prato.

## *In Prouincia ſancti Angeli.*

*In Conuentu Ieſus Mariæ Foggiæ.*

P. Fr. Franciſcus a Vigilijs.
P. Fr. Nicolaus a Riſia Prouinciæ Marchiæ.

## *In Prouincia Brixienſi.*

*In Conuentu S. Ioſeph.*

P. Fr. Zacharias ab Vrceis.
P. Fr. Albertus a Maſſa.

## *In Prouincia Baſilicatæ.*

*In Conuentu ſancti Franciſci Turſis.*

P. Fr. Bernardinus ab Arce Imperiali.
P. Fr. Franciſcus de Siclifio.

## *In Prouincia Terræ Laboris.*

*In Conuentu ſanctæ Mariæ Nouæ Neapolis.*

P. Fr. Benedictus a Corelia.
P. Fr. Seraphinus a Lauda.
P. Fr. Ioſeph a Mediolano.

## *In Prouincia Calabriæ.*

*In Conuentu S. Franciſci Conſentiæ.*

P. Fr. Ludouicus a Barulo.
P. Fr. Antonius de Cotrono.

## *In Prouincia ſancti Didaci.*

*In Conuentu S. Thomæ Taurini.*

P. Fr. Fulgentius a Caſtro Plani.
P. Fr. Archangelus a Placentia.
P. Fr. Angelus Rubinus, Lector Canonum.

Numerus Fratrum defunctorum a Capitulo Generali præterito Romano vſque ad præſens 6553. Quorum aliqui pro Chriſti nomine martyrium ſubiere, & alij miraculorum gloria coruſcant.

# Sequuntur Suffragia.

Pro Beatiſsimo Patre Domino noſtro PAVLO V. Pontif. Maximo, & pro eius incolumitate diuturna a quolibet Sacerdote Ordinis tres Miſſæ celebrentur.

Pro Catholico Hiſpaniarum Rege noſtro Philippo III. omnes Sacerdotes duas Miſſas celebrent.

Pro Chriſtianiſſimo Rege Francorum, & Regina Matre vna Miſſa dicatur.

Pro Illuſtriſsimo, ac Reuerendiſſimo D. D. Cardinali Verallo Protectore noſtro, vna Miſſa.

Pro Vniuerſali Congregatione Illuſtriſſimorum Cardinalium, & pro omnibus Principibus Chriſtianis, a quolibet Sacerdote vna Miſſa dicatur.

Pro Illuſtriſsimo D. Comite de Chinchon, noſtri Capituli Generalis Patrono meritiſſimo a quolibet Sacerdote, vna Miſſa dicatur a clericis, & laycis centum Pater noſter, & totidem Aue Maria.

Pro Sereniſsimo Magno Duce Etruriæ totius Ordinis vniuerſali benefactore, ac pro eius familia a quolibet Sacerdote vna Miſſa dicatur.

Pro pace Principum Chriſtianorum, hæreſum extirpatione, & victoria contra infideles, ac Eccleſiaſtici ſtatus conſeruatione a quolibet Sacerdote dicantur duæ Miſſæ.

*Futura Generalis Congregatio intermedia, quo loco celebranda ſit, ſua Reuerendiſsima Paternitas diſponet.*

# STATVTA GENERALIA PRO VLTRAMONTANA FAMILIA,

## EDITA IN GENERALI CAPITVLO SALMANTICENSI ANNO 1618.

Sub noſtro Reuer.mo P. F. Benigno à Genua totius Ordinis S. P. N. FRANCISCI Generali Miniſtro,

*In pleno Diſcretorio, & Diffinitorio, ordinata, & approbata.*

CVM Diuinum officium ex regulæ noſtræ præſcripto ſecundum ordinem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ faciendum ſit, decernitur vt omnes in poſterũ, tum fratres, tum etiam Moniales, illud iuxta Clem. VIII. reformationem recitare teneantur, & Prouinciales Miniſtri diligenter curẽt, vt in quolibet ſuæ Prouinciæ conuentũ nullus Breuiarij, Miſſalisq; ac Ritualis vſus communiter habeatur, quam eius quod iuxta dictam reformationem editũ eſt. Officia propria noſtri Ordinis ea dumtaxat recitare permittantur, quæ nouiſſimè recognita ex conceſſione Sanctiſſ. D. Papæ Pauli V. in lucem prodierunt.

Ab officio Diuino in Choro celebrando nemini abeſſe liceat, quare ſi deinceps aliquis fratrum (etiam ſi Prouinciæ Pater extiterit) legitimè non impeditus Diuinis officijs non interfuerit, ſuffragiorum iure per triennium careat, ac grauiùs pro negligentiæ modo ſuperiorum arbitratu puniatur.

Excipiuntur tamen ab hoc decreto Lectores, & Prædicatores actuales, necnon & ſacræ Theologiæ ſtudentes, quibus ſuis indultis, & exemptionibus frui licere volumus.

Vt proprietatis occaſio à fratribus penitus auferatur, Guardianis per ſanctam obedientiam præcipitur, ſub pœna priuationis ſui officij, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ in perpetuum, vt fratribus ſibi ſubditis neceſſaria præbeant: veſtimenta vero tempore opportuno eiuſdem prouideant, quæ ſint ex panno vniformi, & cordellato, ſi fieri poterit, nec vllo modo pannum, vel pecunias, nec aliquid aliud indumentorum vice, ſub eiſdem pœnis tradere audeant.

Camiſiarum lini, & ſudariorum vſus deteſtabilis Regulæ puritati contrarius, torq; conſtitutionibus iam vetitus, nunc etiam ſtricte prohibetur; Statutum Rom. ex 1612. cum pœnis ibidem appoſitis confirmantes. Calceamenta verò nullo tempore ferre abſque ſuperioris licentia liceat: qui autem extra hyemale tempus, etiam de ſuperiorum facultate calceatus inceſſerit, nullo in Ordine officio fungi poterit, cum communitatem ſequi minimè valeat.

Renouantur Statuta quoad non equitandum, præcipientes ſtrictè; vt omnia quæ in noſtris Generalibus conſtitutionibus cauta ſunt, ſub pœnis in ijſdem contentis obſeruentur.

Mortuorum ſpolia fideliter per ſuperiores locorum, & Diſcretos in inuentaria referantur; nec ex eis quicquam ſibi retinere, aut alijs diſtribuere ſub pœna ſuperiorum arbitrio infligenda audeant, ſed dictum inuentarium quam citiùs Miniſtro Prouinciali mittant, qui etiam ſibi ex ijs aliquid appropriare caueat, ſed prout ei iuxta paternam charitatem videbitur, in fratrum vtilitatem omnia diſtribuat, ac exactiſſimè de eiſdem, vel Miniſtro Generali, vel Prouinciæ Viſitatori poſtea rationem reddere teneatur. De libris verò diſponat iuxta ea quæ in cap. Rom. 1612. ſancita ſunt.

Decernitur Lectores Canonum, ſeu caſuum conſcientiæ, dum actu ſuum munus exercent, ſi aliàs Theologiam legerint,

rint, artium Lectores præcedere debere: ſi autem etiam ipſi artes publicè docuerint, vel alicubi prædicauerint, inter ſeipſos præcedant pro eorum in ordine antiquitate. Atſi nec artium Lector, nec prædicator ſit, artium actuali Lectori locum cedat, niſi alio titulo ipſum præcedere debeat.

Declaratur Commiſſarium Viſitatorem Prouincialem, nō habere in electione Miniſtri Prouincialis Cuſtodis, ac Definitorum, votum electiuum, quemadmodum habent Miniſter, & Commiſſarius Generalis, quorum vota verum numerum efficiunt. Qui autem ſibi ipſi in electionibus votum præbent, voce actiua & paſſiua perpetuò priuentur.

Nullus deinceps Miniſter Prouincialis, etiam de pleno cōſenſu Patrum ſuæ Prouinciæ deſtinare poſſit aliquem ex aliena Prouincia fratrem, vel in ſuamet Prouincia incorporatum ante completum ſuæ incorporationis decennium pro Commiſſario, ad Capitulum, vel Congregationem generalem, vt Miniſtri vel Cuſtodis ſuffragia deferat.

Ad tollendos circa titulorum formam varios abuſus ſancitur, nequis frater deinceps alteri, cuiuſcumque gradus exiſtat, literas ſcribere audeat ſub alicuius tituli forma, ſed abſolute ſcribat Patri fratri N. ſi ſit Sacerdos, addendo poſt eius nomen patriam, officium, ac gradum. ſi verò cui diriguntur literæ, ſit Clericus, vel laicus, ſcribatur fratri N. & ſi quis aliter ſcribere præſumpſerit, ſuffragiorum iure per triennium careat, ac alijs afficiatur pœnis ſuperiorum arbitrio, exceptis tamen RR. PP. Miniſtro & Commiſſ. Generali.

Confirmatur ſtatutum Congreg. Romanæ 1615. contra laicos, qui abſque facultate Reuerendiſs. Patris Miniſtri Generalis ſacros Ordines ſuſceperint: etſi aliquis poſt dictum tempus abſque ſpeciali conceſſione Sanctiſſimi Domini ad aliquem Ordinem promotus ſit, ac coronam deferat, iniungimus Miniſtris Prouincialibus ſub pœna priuationis ſui officij, vt infra vnius menſis ſpatium ei coronam auferre faciāt, ac laicali deputent officio, nec vllo modo permittant eum

Ordi-

Ordinis munera exercere, vel vnà cum Clericis in Choro Diuina officia perſoluere.

Quoniam ob malam bonorum immobilium adminiſtrationem, noſtri Ordinis ſanctimonialium nonnulla Monaſteria indies ingentibus affici calamitatibus intelligimus; ideo tanto volentes damno pro viribus occurrere, præcipitur Miniſtris Prouincialibus ſub pœna priuationis ſui officij, & actuum legitimorum in perpetuum, vt quæ de ipſorum bonorum recognitione inuentarijs, locationibus, reditibus, ac alijs quamplurimis ad id ſpectantibus in Capit. Valliſoleti 1593. decreta ſunt, inuiolabiliter ſeruent; & ſi Abbatiſſæ, ſeu quæuis Monaſteriorum Præfectæ, & aliæ ipſorum bonorum adminiſtratrices renuerint ſuperioribus, vel ijs quos ipſi deputauerint, ſingulis annis accepti & expenſi, ac totius adminiſtrationis rationem reddere, ſtatim ſuo priuentur officio, & ſuffragiorum iure perpetuò careant.

A01 1974874
3R7.167